J. BERN. VNEFRIDI

De Imperiali Constitutione

super publica utriusque Religionis pace promulgata

DISCVRSVS ACADEMICVS,

quo

origo, natura, & soliditas ejusdem Constitutionis succinctè explicatur.



Habitus Festo Academiæ Tubingensis Iuridico, tertio nonas Quintileis, anno Christ.

cIↃ IↃ c XXX.

MAGNIFICIS, NOBIL^mis
AMPLISSIMISQUE VIRIS,

D. IACOBO LOEFLERO,
CANCELLARIO;
ET
D. JOANNI SEBAST. HORNMOLDO;
Consistorii & Senatus Ecclesiastici
DIRECTORI;
JURECONSULTIS, AC SERENISS.
DOMUS ET DUCATUS WIRTEMBERG. CONSILIARIIS INTIMIS, &c. PATRONIS
MEIS,

Academicam hanc exercitationem pro salutari Religionis pace institutam

AUCTOR

reverenter dedico consecroque.

DECANUS ET COLLEGIUM
Facultatis Juridicæ in Academia Tubingensi, Lectoribus Salutem.

PRudenter admodum à Majorib. nostris constitutum, Statutisq; Facultatis nostræ sancitum est, ut singulis annis circa diem B. Ivoni, qui olim Iurisprudentiæ Patronus creditus fuit, sacrum oratio publica habeatur, in qua de præstantia nobilissimi hujus Studii, vel simili aliquâ materiâ talia proponantur, quibus Studiosi juvenes ad majorem subinde diligentiam incitarentur, vel etiam de rebus utilissimis instruerentur. Huic ipsi consuetudini hoc tempore satisfaciendo, Collegium nostrum, quendam clarissimum, & in jure tam publico, quàm privato exercitatissimum virum exoravit, ut provinciam hanc non invitus receperit. Hicque cùm crastino die Lunæ, qui erit quintus ineuntis mensis hujus Iulii, horâ nonâ matutinâ, in Aula novâ discursum de re scitu maximè necessariâ & jucundâ propositurus

ſit, omnibus & ſingulis Profeſſionis noſtræ Doctoribus & Studioſis ſeriò mandamus; reliquos autem reliquarum Facultatum Doctores, Magiſtros, ac Studioſos eâ, qua par eſt, benevolentiâ, reverenter, officiosè, ac peramanter rogamus, ut ad audiendam hanc diſſertationem, prædicto loco & tempore frequentes conveniant, hacq; ſuâ præſentiâ, quo amore ac favore nobiliſſimum Iuriſprudentiæ Studium, ejuſdemque Anteceſſores colant, & proſequantur, manifeſtè teſtatum reddant. Valete. Propoſitum Tubingæ, ſub publico Facultatis noſtræ ſigillo, quarto die Iulij, anno Chriſti ſupra millesimum ſexcenteſimum trigeſimo.

BREVIARIUM.

ACademiæ Tubingensis institutum in Festo Collegii Facultatis Iuridicæ.

1. Caroli Molinæi, Tubingensis Professoris, Oratio.
2. Molinæi exemplum qui secuti, & quomodo.
3. Iustiniani Imp. & Legislatoris commendatio, non minimum juris studiorum ornamentum putatur.
4. Ius publicum duplex, & scitu maximè dignum.
5. Insignes justitiæ sacerdotes & patroni, Papinianus, Ivo, Lavacrius.
6. Papinianus, non tam facilè parricidium excusari, quàm perpetrari, respondit.
7. S. Ivo, Advocatus pauperum.
8. Lavacrius, Parisiensis Parlamenti Præses, Papinianeæ laudis æmulus.
9. Disputatio super compositione pacis religiosæ, *materia pro tempore.*
10. Eius pacis plures articuli, natura, & firmitas; cuique nihil potest opponi.

I.

11. Occasio reformandæ per Germaniam religionis, A. C. 1517.
12. D. Lutherus, Theologus Witebergensis, Pontificiarum Indulgentiarum oppugnator.
13. Idem à Cæs. Carolo V. Wormatiam evocatus, facto edicto proscribitur, anno 1521.
14. Wormatiensis Edicti exsecutio in Imperio qualis.
15. Germanicæ nationis Gravamina aucta, Concordata disrupta, Ecclesiamq; reformationis indigam esse, in confesso est apud omnes.
16. Spirensium comitiorum Constitutio, Edicti Wormatiensis moderatio, anno 1526.
17. Quomodo ea, & Augustana Confessio à quibusdam accepta.
18. *Pax* eidem Confessioni prima data Nurenbergæ anno 1532; sed *temporalis.*
19. De Interreligione sive *Interim*, Concilio Tridentino, aliisq; de rebus Imperii, Principum querelæ quid effecerint.
20. Transactio Passaviensis anno 1552 facta.
21. *Pax religionis perpetua* in Comitiis Augustanis constituta anno 1555.

II.

22. Quæ ejus pacis natura sit & proprium nomen.

23. Pax religionis, Legalis Constitutio & commune Imperialium Comitiorum decretum.

24. Cæsar Imperiique Proceres constituunt legem generalem.

25. Requisita Comitialium decretorum seu Constitutionum Imperialium.

26. Religiosa pacificatio omnia habet requisita Constitutionis Comitialis.

27. Vniversi Imperii Ordines convocati, pacem religionis comprobarunt.

28. Ea Cameræ Imperiali pro lege, quam in decernendis processibus sententiisque ferendis deinceps sequatur, transmissa & ritè insinuata.

29. In Corpore iuris Germanici nulla insunt fœdera, sed Comitiorum recessus, hoc est, Constitutiones Imperiales.

30. Imp. Camera jurisdictionem habet in causis religionem concernentibus ex lege, non ex fœdere, vel transactione.

31. Fœdus pro quacunque reciprocâ obligatione etiam usurpatum: sed juris conditoribus, propriis verbis utendum.

32. Qui interpretatione suâ paci religionis insidias struant.

33. Ejus pacis beneficium plenissimè interpretandum: fœdus contrà stricti juris est.

34. Summum jus, summa sæpè injuria.

35. Imperialis illa Constitutio, cui pax religionis inserta, multa præterea alia capita continet.

36. Pax religiosa, pars & auctarium Constitutionis de pace publica.

37. Pax publica & Constitutio super eâ duplex, profana & religiosa.

38. Æquis utraque passibus ire dicitur.

39. Vtraque inter capita Cæsareæ Propositionis in Comitiis primum.

40. Fœderis nomen neutri quadrat pacificationi.

41. Cęsar Proceresque Imperii sanctiori, quàm fœderis, vinculo inter se colligati.

42. Reipublicæ suæ statum & jus ignorare, germano civi turpe.

43. Fœdera non contra cives, sed peregrinos, regulariter sanciuntur.

44. Recessus Comitiorum non per modum fœderis, sed contractus, cujus vim habent, fieri dicuntur.

45. Pax religionis, transactio esse dicivé nequit.

46. Originem quidem suam debet Passaviensi transactioni: sed modus tractandi à concluso distinguendus.

47. Transactio illa, quoad caput de religione, quo fine suscepta.

48. Eadem quo respectu & quando induciarum quasi loco fuisse videatur.

49. Nec

49. Nec Passavica, nec ulla unquam alia publica transactio; sed pax religionis in Codicem legitimarum Constitutionum relata.

50. Pax religiosa, neque temporaria pacificatio, neque induciæ.

51. Purè concepta & æternùm duratura, profanæ paci assimilatur, & cum ea perpetuò coniungitur; quamdiu ipsum religionis dissidium durabit.

III.

52. Vnius è Principibus contradictio vel protestatio Constitutioni religiosæ pacis obstare vel valere nullo modo potest.

53. Talis enim pro personâ privatâ, ejusque singulare votum pro nullo habetur.

54. Privatorum actiones & pactiones à publicis discernendæ, & maxima semper reipublicæ habenda ratio.

55. Salus populi, suprema lex.

56. Veteris & privati juris apices ad ea, quæ juris unius publici sunt, ubique applicare velle, iniquum: & longè alia hodie Imperii facies.

57. Regulæ quædam juris, tam publico, quàm privato juri communes. Vtrumque enim à lege naturæ & gentium profectum.

58. De publici juris partibus non idem planè, quod de privati, dicendum.

59. Publica privatis anteferenda bonis: & ius publicum nec privatorum cautione, nec magistratuum protestatione Imperiales Constitutiones mutari possunt.

60. Reipublicæ leges & pacem pro nihilo ducere, nec personæ Ecclesiasticæ, nec boni civis est.

61. Ne hilum quidem neque in hac religiosa pace, neque in ulla alia Imperii Constitutione de protestatione vel contradictione unius alteriusvé Principis videre est.

62. Protestatus destitisse cœptis præsumitur ob Constitutionis subscriptionem protestationi contrariam.

63. Protestatio contraria facto, vel remissa, nullius est momenti; pacique publicæ frustra opponitur.

64. Clausula, cum voto pro pace.

EXSISTVNT SAEPE INIVRIAE CALVMNIA QVADAM, ET NIMIS CALLIDA, SED MALITIOSA IVRIS INTERPRETATIONE. EX QVO ILLVD, SVMMVM IVS, SVMMA INIVRIA, FACTVM EST IAM TRITVM SERMONE PROVERBIVM. QVO IN GENERE ETIAM IN REPVBLICA MVLTA PECCANTVR.

J. BERN.

J. BERN. VNEFRIDI

AD CONSTITUTIONEM IMP.

De pace Religionis

DISCURSUS.

QVi in publico, & anniversario Facultatis Juridicæ Festo, ex hoc ipso loco hactenus verba fecerunt, ii hoc operæ dederunt unicè, ut vel è publico, vel privato jure dicendi deligerent argumentum, vel è juris historia præclaram aliquam sibi sumerent materiam, quæ partim in Auditorum animos cum fructu & delectatione influeret, partim cum loci ac temporis ratione aptissimè conveniret. Quo tramite cùm incederent, & veteri consuetudini institutoque Majorum morem gessisse, & suo simul officio satisfecisse se non inscitè arbitrati sunt. [*De die festo est infrà §. 7. & vetus hoc institutum receptum est in Statuta Universitatis Tubing. anno* 1601. *renovata, cap.* 5. *artic.* 4. §. *singula. & seqq.* 2.] † In horum numero primus, ut opinor, fuit Carolus Molinæus, nobilissimus Galliæ Germaniæque Jureconsultus, qui reipublicæ hujus litterariæ Antecessor, *de sacræ Theologiæ & Legum Imperialium dignitate, differentiâ, conve-*

Academiæ Tubingensis institutum in festo Collegii Facultatis Iuridicæ.

1. Caroli Molinæi, Professoris Tubing. oratio.

nientiâ, corruptione, & restitutione, itemq; de potestate, officio & differentiâ Magistratus & Ministri Ecclesiæ, annis abhinc sex & septuaginta, ex hoc eodem loco, in conferto & undanti litteratorum cœtu solennem habuit Orationem, quam Petrus Paulus Vergerius, & ipse quondam Legum Doctor atque Episcopus, qui præsens interfuit recitationi, publici juris fecit, & omnibus per Europæ gymnasia jurium Studiosis consecravit atque dedicavit. [*Qua occasione Carolus Molinæus Parisiensis, J. U. Doctor, Franciæ & Germaniæ Jureconsultus, illustrissimi Ducis Wirtembergensis Consiliarius, & primarius Jurium Professor Tubingensis, Leges C. Imperiales & Pandectarum analyticè interpretans, (verba illorum sunt temporum) in Germaniam accesserit, ostendit Aug. Thuanus Historiar. libro 6. anno 1550 pag. 185. & lib. 38. an. 1566. pag. 362. edit. postr. Genev. Molinæus orationem hanc, cujus Josias quoque Simlerus in Epitome Bibliothecæ Gesneri locupletatâ, & anno 1555. Tiguri editâ, fol. 32. meminit, quarto Calendas Martias, anno 1554. in scholis majoribus, seu, ut nos hodie loquimur, in Aula nova recitavit. Paullò post, nempè ejusdem anni mense Majo duos hic Jurisconsultos publicè renunciat, & Calendis Septembris Tubingenses Musas valere jubet. ex Mscr.*]

2. Molinæi exemplum qui secuti, & quomodo.

†Hunc proximè imitati videntur, qui quæstiones Canonum doctoribus cum Theologis communes, è Pontificii Juris Corpore, ejusvè interpretum commentis depromtas pertractarunt; ut & illi, qui de Linguarum & Artium studiis tironi seu futuro Juris Studioso necessariis, vel de cognitione & usu Iurisprudentiæ disseruerunt.

3. Justiniani commendatio, non minimum juris

† Præter hos fuére, qui pro Jure Justinianéo & Jurisconsultis vel generatim dixerunt, vel sigillatim unius alteriusvè Legumla-

gumlatorum & Imperatorum encomium instituerunt, non tam quòd horum, maximè Justiniani, commendationem, uti Nicolaus Alemannus [*in Iudicio de Procopio & arcanâ ejus historiâ, pag. 2.*] judicat, non minimum suorum esse studiorum ornamentum putarint, quàm quòd quorundam hominum acerbas magis, quàm argutas cavillationes depellere, veritatisque patrocinium suscipere ac tueri voluerint. † Sed & insuper alii quidam inventi sunt, quibus tractatio juris publici, quà sacri, quà profani, magis placuit; quòd illud homini, tanquam animali naturâ politico ac civili, [*ex sententia Philosophorum atque Jurisconsultorum, Chrysippi apud Marcianum in fine L. 2. ff. de legib. & Aristotelis Ethic. lib. 1. cap. 7. lib. 8. cap. 12. & lib. 9. cap. 9. ut & Politic. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. c. 4. D. Vultej. Jurisprud. Rom. lib. 1. cap. 4. num. 2. & cap. 10. num. 3.*] maximè cognitu utile scituq; dignum esset. Unde factum, ut vel materiam de jurib. majestatis vel regalibus, feudalib. itē, ac de jurisdictione pertractarent; [*De jure regali, jurisdictione, & feudo eleganter disserit D. Bocerus, Antecessor, Adsessor & Consiliarius Wirtembergicus, qui eâ ipsâ horâ, qua hic de pace religionis discursus habebatur, non sine magno horum studiorum incommodo è vivis sublatus est, in epistola, quam suo de regalibus tractatui præmisit.*] vel de iis dissertarent juribus, quæ tam personas, quàm res, & utrasq; tam Ecclesiasticas, quàm seculares attingunt; utpote quorum amplitudo præ cæteris spectatur; & quæ, ut scriptor Noctium Atticarum loquitur, virum civiliter eruditum neq; audisse umquam, neq; attigisse, si non inutile, at quidem certè, hac potissimùm ætate, in-

studiorum ornamentū putatur.

4. Ius publicum duplex, & scitu maximè dignū.

decorum est. [*Scriptor Noctium Atticarum, sive is A. Gellius est, sive, quod Lud. Carrioni Antiq. Lection. comment. 2. cap. 15. magis credo, Agellius lib. & cap. ult. Q. Mucius apud Pomponium in L. 2. §. Servius. 43. ff. de origine jur.*

5. Insignes justitiæ sacerdotes, Papinianus, Ivo, Lavacrius.

† Eundem ego morem mihi temerè transgrediendum minimè autumabam. Itaque illorum vestigia, quantum per ingenii vires licet, pressurus, dubitabam initio, utrùm aliquam ex jure publico, eoque vel Ecclesiastico vel politico, quæstionem explicandam in medium afferrem; an verò juridicæ historiæ campum ingressus, è justitiæ sacerdotibus insignem virum in exemplum producerem: in quibus sanè triumviri illi omnium ætatum principes sese ultro offerebant, Papinianus, Ivo, Lavacrius; qui Juris cultoribus & Martyres & Confessores & Sancti suo quodammodo jure habentur. [*His tribus Thuanus, illustris historiarum sui temporis scriptor, nisi quid me fallit, haud inferiorem judicat fuisse Molinæum, nostrum antecessorem, civem suum, quem magni nominis Iureconsultum ac priscæ libertatis retinentem, tam eruditione ac judicio, quàm probitate conspicuum, juris antiqui & Gallici consultissimum; amore patriæ, jura, dignitatem ac libertatem Regum & Regni Franciæ contra Pontificiam auctoritatem tutatum, emendationem religionis magnopere optasse; virum de patria suâ optimè meritum, per calumniam accusatum, nunc solum vertere coactum, nunc ignominiosè in carcerem conjectum fuisse; & ejus denique Commentarios in Consuetudines Parisienseis, ac alias doctissimas lucubrationes apud Gallos pro ratis juris decisionibus haberi, scribit libro 6. anno 1550. pag. 185. lib. 36. ann. 1564. pag. 293.*

lib. 37.

lib. 37. *an.* 1565. *pag.* 318. *& lib.* 38. *an.* 1566. *pag.* 362. *& seq.*] † Primus enim, homo quidem Ethnicus, sed, ut Spartianus [*in Septimii Severi Imp. vita, ante fin.*] ait, per se & per scientiam suam magnus, quiq; Papinianistis nomen & festivitatem post se reliquit, [*Justinianus Imp. in proœmio Digestor. sive in epistola ad Antecessores*, §. *tertii insuper.* 4. *vers. ne autem tertii.*] securi percuti, quàm asperrimo crimini [*ita enim parricidium indigitatur ab eodem Imp. in* §. *alia deinde lex.* 6. *Inst. de publicis judic.*] patrocinari maluit, Imperatori masculè & cordatè admodùm respondens, Non tàm facilè parricidium, excusari posse, quàm fieri. [*Spartianus in Antonino Caracallo.*] Qua quidem in re Papinianus se æquè sapientem, ac fortem præstitisse, explosâ Bodini opinione, [*De republic. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 294. *sive pag.* 458. *& seq. Herm. Kirchner. oration.* 9. *pag.* 160.] omnino dicendus est; imò

——————Sanctus haberi,
Justitiæq; tenax factis dictisq; meretur [*Juvenal. satyr.* 8. *Pro Papiniano, Præfecto prætorio, juris asylo & doctrinæ legalis thesauro, præter ea, quæ passim in Corpore juris Justinianëi honorificè de ipso prædicantur, plura dicunt Ælius Spartianus in Severo, Caracallo & Getâ, Matthæus Gribaldus De methodo ac ratione studendi lib.* 1. *c.* 5. *&* 21. *Valent. Försterus lib.* 2. *historiæ juris civilis Rom. cap.* 76. *& H. Kirchnerus in oration.* 10. *pag.* 174. *& in Republicâ suâ, disputat.* 8. *auctar.* 1.] † Alter, tum Canonum, tum Legum consultus, cujus memoriæ Jurisq; studio hoc ipsum anni tempus ab antiquo apud nos jure solenne habetur & sacrum, quòd Advocatus pauperum esset, fastis divalibus insertus est. [*De Ivone, qui*

6. Papinianus, non tam facilè parricidium excusari, quàm perpetrari, respondit.

7. Ivo, Advocatus pauperum.

ne, qui Gallicè Ives dicitur, ejusq; collectione sacrorum canonum & decretorum, nec non de ejusdem in Sanctorum numerum relatione atque die festo consuli possunt & inspici Admonitio ad Lectorem, Decreto seu Iuris Canonici Corpori Gregorianæ editionis præfixa, §. iisdem vestigiis. Platina in vita Pontif. Clementis 6. Emondus Augerius in Calendario historico, quod Catechismo suo Parisiis anno 1586. edito adjecit, mense Majo, die 19. D. Ianus Gruterus lib. 2. Chronici Chronicorum Ecclesiastico-politici, pag. 1420. è Baronii Martyrologio Rom. Forsterus lib. 3. historiæ juris Rom. cap. 19. pag. 628. & seq. Samuel Heiden, I. C. & Dicasterii Wirt. Adsessor in oratione de Ivone habitâ, pag. 5. D. Iacobus Schopperus Th. in Oratione de D. I. Hochmanno, fol. 12 b. & seq. Wernerus Rolevinck in Fasciculo temporum Argentorati anno 1487. excuso f. 73 b. 75. & 85. quo loco hæc verba leguntur: Sanctus Ivo Brito, doctor juris, canonizatur: quia fuit Advocatus pauperum, & sanctæ vitæ. hic solus inter omnes Iuristas modernos Sanctus cõputatur. Eadẽ hæc ex hoc eodẽ fonte referuntur à Nussiensi, magni Chronici Belgici compilatore, apud Ioannem Pistorium in Rerum Germanicarum sex veteribus Scriptorib. pag. 145. & 301. Sed quid ad hanc objectationem responderi queat, Ferreolus Locrius in Chronico Belgico, ad annum Chr. 1350. pag. 465. & inseq. ex Baronio & I. Molano ostendit.] † Tertius, Parisiensis Curiæ Præses, Papiniani constantiam imitatus, quid Regi suo capitis periculum Curiæ ostentanti, ni leges à se latas, quæ publico consensu iniquæ videbantur, promulgaret, suo collegarumq; nomine reposuerit, vel in vulgus notum est. [*Bodinus De repub. lib. 3. cap. 4. pag. 454.*] Quibus germanis justitiæ sacerdotibus optandum esset, imò optandum huic

3. Lavacrius, Parif. Parlamenti Præses, laudis Papinianeæ æmulus.

nostro

nostro seculo, ut plures ipsis similes cernere liceret: meliùs profectò ageretur cum republica, si Papinianos, si Ivones, si Lavacrios haberet, hoc est, eos, quos non patronos scelerum, sed Advocatos pauperum & justitiæ defensores liceret nuncupare. [*D. Schopperus dictâ Laudatione Hochmannianâ, fol. 13 b.*]

Verùm enimvero, his omnibus nunc prætermissis, decrevi hodierno die, tempori quàm maximè obedire. Ideoq; super Religiosæ pacis dispositione sive conventione, quæ anno æræ nostræ Christianæ supra millesimum quingentesimum quinquagesimo quinto, Augustæ Vindelicorum in Imperialibus comitiis facta, nunc ferè omnibus est in ore, aliquid, sed simpliciter ac sine artificio dicam, bonâ spe fretus, me materiam talem tractandam suscepisse, quæ & scenæ esset accommodata, & auditorum animos tenére idonea. † Quoniam verò Pacificatio illa plures in se continet conditionés & capita, quæ vulgò articulos & paragraphos vocant, pluresq; ex illis profectæ sunt quæstiones controversæ, ideo de natura & fundamento ejus compositionis, pro captu mediocritatis modò differere animus est. Antequam verò id faciam, prima principia, hoc est, originem & occasionem pacificæ istius conventionis, ordine, sed breviter strictimq; recensebo. ea enim non nihil lucis insecuturis allatura spero. Tum planum faciam, postremam illam Comitialem compositionem, quæ super dissensionibus & discordiis inter diversæ religionis Ordines exortis, planior ac plenior, singulari DEI beneficio est confecta, neq; transactionem esse, neq; fœdus, ne-

9. Disputatio super compositione pacis religiosæ, materia pro tempore.

10. Ejus pacis plures articuli, natura, & firmitas; cuique nihil opponi potest.

dus, neque etiam inducias dici posse; sed generalem eam esse Constitutionem ac perpetuam regni Germanici legem. Deniq; Constitutioni huic nullam tum ab ullo Præsule vel Principe Imperii contradictionem protestationemvé jure opponi potuisse, vel oppositam hodieque repeti posse, liquidò evincam. Quod dum facere instituo, Divinam opem pro secundandis meis conatibus imploro: vestram autem, auditores, benignitatem & faventiam exoro, ut sermonem hunc, non per ambitionem excultum, aut dicendi phaleris exornatum, sed per discursum Academico more ac libertate conformatum benevolis & gratiosis auribus excipere dignemini.

I.

11. Occasio reformandæ per Germaniam religionis, anno Chr. 1517.

† Igitur, ut rem aliquantò altiùs repetam, nemini inexploratum esse arbitror, mutandæ reformandæque religioni nostræ Christianæ, ac restaurandæ per Germaniam puriori doctrinæ Evangelicæ, ante hos centum & duodecim annos occasionem dedisse Romanæ Curiæ & Ecclesiæ abusus, sive mores & errores unà cum sæculis ætateque hominum inveteratos, [*Hos Carolus V. Imp. Imperiiq; Proceres Catholici fatentur in Recessu, sive Constitutione Augusta anno* 1530. *factâ*, §. vnd dieweil in der Christlichen Kirchen. *pag. m.* 194. *&* §. vnd dieweil in vilen Jahren. *pag.* 199. *& apud Io. Sleidanum Commentar. lib.* 7. *anno* 1530. §. *biduo pòst. vers. ult. pag.* 188. *nec omnino negare audet Franciscus Burchardus in Autonomiâ, sive* von freystellung mehrerley Religion vnd Glauben/ *part.* 1. *cap.* 4. *à princ. Alia, quæ cum hoc loco faciunt, inveni-*

venire est infrà §. 15. *quibus Catalogus testium veritatis, & Ioannis Wolfii Lectionum memorabilium tomi adjungi possunt.*] inprimis illos verò, qui venditandis Indulgentiis (hoc enim suo quodam nomine jam olim recepto remissionem peccatorum appellabant) committebantur, & indies magis ac magis invalescebant. [*Sleidan. lib.* 1. *in princ. & Thuan. lib.* 1. *sub ann.* 1515. *pag.* 13. *De Papæ indulgentiis pro defunctis, qua ratione Gabriel Biel olim hic in utramq; partem disputarit, apud eundem in Canonis Missæ expositione, lect.* 57. *& apud Molinæum in oratione de sacræ Theologiæ & Legum Imp. dignitate, num.* 25. *nec non apud Ioannem Wolfium tom.* 1. *Lectionum memorabil. centenar.* 15. *anno* 1497. *pag.* 945. *videri potest.*] † His eorumq; in Saxonia propugnatoribus Lutherus, sacrosanctæ Theologiæ in Witebergesi Ecclesia & Academia doctor, quà voce, quà stilo, omnium primus se objecit. [*Sleidan. dicto loco, D. Chytræus Saxoniæ lib.* 7. *anno* 1517. *pag.* 196. *& Thuanus lib.* 1. *pag.* 13. *&* 14.] Quo facto, & jactâ quasi aleâ, non solùm omnium ordinum homines in se concitavit plurimos; sed simul & hoc effecit, ut istorum adulatorum imprudentiâ & impudentiâ multò plures fœdioresq; nævi ac corruptelæ Ecclesiæ Catholicæ (demus illorum religioni priscum hoc nomen, ex illius sæculi æstimatione; sed eâ lege, ut nostræ nomen Evangelicæ & Orthodoxæ in perpetuum relinquant) quotidie magis & proderentur & deserentur. [*D. Maximilianus I. Imp. in literis ad P. Leonem X. Augustæ Vindelicûm* 5. *Augusti, anno* 1518. *perscriptis, & legendis in Goldasti tomo* 1. Reichs-Satzungen/ *pag.* 239. §. 1. *&* 5. *ut & ejusdem tom.* 2. *Constitut. Imperial. pag.* 140. *&*

12. Lutherus, Pontificiarum indulgentiarum oppugnator.

apud Sleidanum lib. 1. pag. 6. D. Chytræus Chronici Saxoniæ lib. 7. pag. 196. lib. 8. pag. 222. & lib. 10. à princ. Thuanus d. pag. 14.] † Religionis itaq; causâ ad hunc statum deductâ, anno ejus sæculi vigesimo primo Carolus quintus, summus Imperator indictis comitiis Imperii, Wormatiam Lutherum evocat, non tam ut ipsum coram audiret, quàm ut auctoritate suâ, doctorumq; & aliorum principum virorum consiliis ad Ecclesiæ Romanæ sinum revocaret, & ad dogmatis sui recantationem pertraheret. Ille verò, qui fidei & veritati soli, etjam cum capitis periculo litandum censebat, neque dogmata, neque scripta sua retractare volebat, neque se etiam posse dicebat, nisi oraculo sacræ scripturæ, cujus est æterna auctoritas, & cui exceptio nulla potest opponi, falsa vel impia esse sibi demonstraretur. [*Sleidanus lib. 3. à princ. Chytræus Saxon. lib. 8. pag. 222. & Goldastus in Reichshandlungen/ pag. 105. & in Reichshändeln/ pag. 464. & in Politicis Imperialib. pag. 1095.*] Quapropter Cæsar Lutherum quidem dimittit incolumnem; verùm mox Pontificii decreti præscriptum secutus, damnatâ ejus doctrinâ, ipsum quoque publico edicto proscribit, & unà cum ipso omnes ejus fautores & Lutheranæ religionis socios. [*Sleidanus d. lib. 3. pag. 60. 62. 66. ac seq. Chytræus lib. 8. Saxon. pag. 222. & 223. ut & lib. 10. à pr. Thuanus lib. 1. pag. 15. Pontificii illius Decreti, sanè quàm prolixi, ad 17. Calend. Iulias anni 1520. à Leone X. Papa editi, summam recitat Sleidanus lib. 2. pag. 46. & seq. Edictum Cæsareum contra Lutherum & novatores religionis Wormatiæ die 8. Maij, anno 1521. editum, cujus summa capita proscriptionisq; caussas noster Sleidanus d. lib. 3. pag. 66. recenset, integrum*

Marginal note: 15. Idem à Carolo V. Cæs. Wormatiæ facto edicto proscribitur, anno 1521.

gram exhibet, Germanicè & Latinè, nobilissimus Goldastus tomo 2. Reichs-Satzungen/*pag.* 187. *& Constitut. Imperial. tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 5. *&* 10. *& tom.* 2. *pag.* 143.]
Sed verò ne sic quidem salutare huic dissidio inventum est remedium, quemadmodum eventus, rerum magister, paullò pòst edocuit. Etenim Lutheri dogmata per Germaniam homines avidè arripiebant, quasi diuturnam sitim explere cupientes: Papatus contrà ab illa immensâ amplitudine in exiguum angustumque concludebatur; gliscente indies tot simultatum fomite, & crescente inter Ordines Imperii diffidentiâ, quæ perniciem patriæ, & supremam tandem reipublicæ noctem accelaratura videbatur. Et quanquam absens Cæsar Edicti Wormatiensis exsecutionem severè urgebat, & Principes sæpius eâ de re interpellabat, nihil tamen proficiebat. [*Testis est ipse Augustissimus Carolus V. in Comitiorum Nurenbergensium anno* 1524. *actorum Recessu*, §. als auch vilgedachte. *& apud Sleidanum lib.* 4. *pag.* 102. 105. *& seqq. & lib.* 5. *pag.* 138. *Videantur quoque & conferantur Augustanus & Spirensis Recessus annorum* 1525. *&* 1526. *Sleidanus item lib.* 4. *pag.* 84.] Nam & ii Proceres Imperii, qui inveteratam servabant religionem, patriæ populique salutem periculosis motibus anteponentes, quidvis aliud potiùs ferre, quàm pacem & publicam tranquillitatem turbare parati erant, maximè, cùm & ipsi à Romanensibus Gravamina suæ Nationis accumulata, Concordata violata, & Ecclesiam reformationis tum in capite, tum in membris indigam esse perspicerent. [*Vt de veteribus querelis & gravaminibus nihil nunc dicamus, illa numero centum hîc tantùm intellecta volumus, quæ*

14. Edicti Wormat. exsecutio qualis.

15. Germanicæ nationis Gravamina aucta, Concordata violata, Ecclesia reformationis indiga.

ab Imperii Principibus & Ordinibus adversus Sedem Romanam ac totum Ecclesiasticum ordinem anno 1522. & 1523. in comitiis Nurenbergæ congesta leguntur in Actis commemoratorum Comitiorum, ut & apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imperial. part. 2. pag. 36. & Hortlederum tom. 1. de bello German. c. 1. num. 32. Sleidan. lib. 4. pag. 87. Concordata Germanicæ nationis cum dicta Sede anno 1447. facta exhibet Goldastus Latinè & Germanicè in Constitut. Imperial. tom. 1. part. 1. pag. 207. & 211. & cum Collectaneis edidit Georgius Brandenus Coloniæ anno 1600. Videsis etiam Acta comitiorum Nurenbergæ anno 1522. inchoatorum & sequenti finitorum, quæ apud laudatos Hortlederum & Goldastum exstant: quibus addi potest Sleidanus lib. 4. pag. 83. & lib. 1. pag. 29. Reformationem Ecclesiæ jamdudum plùs quàm necessariam fuisse, plurimorumq; votis optatam, ostendunt Concilia Constantiense & Basiliense, Catalogus testium veritatis, & Ioannis Wolfii tomi duo Lectionum memorabilium & reconditarum. Adi Sleidanum lib. 4. pag. 82. & seqq. D. Baudium Dissertat. de induciis belli Belg. pag. 236. Quin
„ Eberhardus, Wirtembergensium Ducum primus, Academiæq; Tubingensis fundator, incomparabili arsit desiderio,
„ ut eò viveret, quoad usque universale concilium ad refor-
„ mationem ecclesiæ fieret in membris atq; capite. Conr. Summenhart Th. in ejus Principis laudatione funebri Tubingæ anno 1496. dictâ ibidemq; impressâ, §. Divini officii. lit. b. 1. indeq; Mart. Crusius Annal. Suev. part. 3. pag. 505. & Io. Wolfius tom. 1. Lect. memorab. pag. 943.] Qua in re ipsum met Pontificem maximum, Hadrianum sextum, reum habemus confitentem, qui tantum abest, ut unquam id dissimularit, ut potiùs in publico Imperii conventu per legatum suum emendatio-

dationem ac ſeveram correctionem ultro promiſerit. [*In Actis comitiorum Nürenberg. anni* 1522. *ac ſeq. apud Goldaſtum tom.* 1. *Conſtitut. Imp. part.* 2. *pag.* 29. *Hortlederum De bello Germ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. *& ſeqq. & Sleidanum libr.* 4. *anno* 1523. *pag.* 82. *& ſeqq.*] † Hinc cùm illo tempore res aliter componi vix poſſet, placitum eſt anno ejus ſæculi ſexto & vigeſimo, & factum in Spirenſi conventu decretum, ad Edictum illud Wormatienſe quod attinet, ut interea, dum Concilium in Germania haberetur, ita ageret in ſua quiſque ditione, quò ſui facti rationem probabilem & DEO, &, qui à DEO ſecundus eſt, Cæſari reddere poſſet. [Reichs-Abſchid zu Speyer *de d. anno* 1526. §. demnach haben wir auch. *pag.* 167. *Sleidanus lib.* 6. *pag.* 150. *Decreti hujus ratio dubio procul illa eſt, quam Imperii Principes atque Ordines in comitiis Nurenbergenſibus anno* 1523. *Pontificio Legato expoſuerunt, apud Hortlederum tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 22. *Goldaſtum tom.* 1. *Conſtit. Imp. part.* 2. *pag.* 31. *num.* 5. *cum ſeq. & Sleidanum lib.* 4. *pag.* 84. *invenienda.*] Quod quidem comitiale decretum moderatio fuit & quoddam quaſi temperamentum, quod primum Edicto illi Cæſareo inventum eſt & adhibitum, ut cõſcientias hominum nec laxaret nimis, nec arctè nimis conſtringeret: † Quanquam verò Pontificii & ordinis potiſſimùm Eccleſiaſtici homines ſuperius decretum, quo ſua cuique religio ad uſque Concilium libera relinquebatur, ſublatum vellent, [Reichs-Abſchid zu Speyer *in anno* 1529. auffgericht / §. und nach dem in dem Abſchid. & §§. *ſeqq. Sleidan. lib.* 6. *pag.* 170. *ac ſeq. Joannes Saxo Elector & quinque alii Germaniæ Principes reformatæ religionis in Proteſtatione ſua dicto*

16. Spirenſium comitiorum conſtitutio, Edicti Wormat. moderatio, anno 1626.

17. Ea, & Confeſſio Auguſtana quomodo à quibuſdam accepta.

Spirensi Decreto opposità eodem 1529. anno, apud Hortlederum tom. 1. lib. 1. cap. 4. & 5. atq; Sleidanum d. lib. 6. pag. 171. & 2. seqq. A qua actione & tempore illi, & qui illos secuti, celeberrimum Protestantium nomen invenerunt. Sleidan. d. lib. pag. 173.] Cæsar etiam nuperrimè Imperiali coronâ à Papa redimitus, [*non Romæ, sed Bononiæ, 24. Februarii die, anno 1530.* Reichs-Abschid zu Augspurg *anno 1530.* auffgericht/ *à princ. Sleidan. lib. 7. pag. 181. 182. & 184.*] Protestantium Principum Confessionem Augustæ Vindelicûm sibi oblatam damnaret; [*Recess. dicti loci ac temporis, per tot. Hortleder. tom. 1. lib. 1. cap. 9. & Sleidan. d. lib. 7. pag. 187. 192. ac seqq.*] singulari tamen DEI benignitate tandem factum est, ut Germaniæ nostræ Principes ac Ordines Catholici, Gamalielis, opinor, consilium [*de quo Lucas Evangelista in Apostolicorum actorum c. 5. vers. 34. 38. & seq. & Lutherus ad Archiepiscopum Trevirensem in comitiis Wormatiensibus apud Sleidanum lib. 3. an. 1521. pag. 82. quod tamen more suo solens Franciscus Burchardus De Autonomia part. 3. toto cap. 40. irridet, Gamalielem sequentes, Gamalielistas nominitans, ejusd. part. 3. cap. 38.*] secuti, Augustanæ Confessioni ejusque sectatoribus pacem, sed temporalem, ad proximum Concilium vel dissidii conciliationem, servandam dederint constituerintque. † Quæ quidem pacificatio omnium prima controversiæ religionis ergo inter utriusque, & Romanæ & Augustanæ Confessionis asseclas inita, anno millesimo quingentesimo trigesimo secundo Nurenbergæ confecta est: & ab hoc tempore identidem, ne quis violaret, ab Imperatore, Rege, Electoribus, cæterisque Principibus ac Proceribus Imperii stabilita & producta, duravit ad

18. Pax eidem Confessioni prima data Nurenbergæ anno 1532. sed temporalis.

vit ad annum usque commemorati sæculi sextum & quadragesimum, in quem initium inexspectati belli Germanici & victoriæ Cæsareæ incidit, [*Primam omnium Religionis pacificationem fuisse hanc Nurenbergensem, Svinfurti quidem mense Aprili anni Christianorum 1532. tractari cæptam, sed Nurenbergæ decretam die 23. Julii, approbatam & constitutam ab Imperatore 2. Augusti, mandatam atque promulgatam Ratisbonæ in comitiis die ejusdem mensis tertio, dicto 1532. anno; repetitam & confirmatam Cadaviæ primùm à Romanorum Rege feriâ 2. post Joannis Baptistæ* 1534; *deinde Francofurti ad Mœnum ab oratoribus, commissariis & intercessoribus Cæsareis* 19. *Aprilis* 1539; *sancitam communi omnium Imperii Ordinum consensu in comitiis Ratisbonensibus* 1541, *prorogatam Spiræ* 1542, *iterumq́; mandatam ac firmatam ibidem novâ Imperatoris Regisq́; fide* 1544, *ac præceptam Wormatiæ* 1545, *adeoq́; conservatam & prorogatam esse ad usque Caroli V. Imperatoris bellum Germanicum, primus, ni fallor, docuit Frid. Hortlederus, vir non tam Romani & Germanici juris consultissimus, quàm omni liberali doctrinâ politissimus, De bello German. anni* 1546. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *à princ. ubi auctores, comitiorum recessus atque pacificationum loca nominatim profert, quæ omnia brevitatis studio hîc omittuntur. Ipsam hanc verò Nurenbergensem pacificationem totam recitat nunquam satis dignè laudatus Hortlederus d. cap.* 10. *ejusq́; quasi summulam Sleidanus Commentariorum libr.* 8. *pag.* 227. *Causæ hujus Germanici belli, quarum novem victor in tabulis proscriptionis Ratisbonæ* 20. *Julii* 1546. *datis prætendit, ordine recensentur à D. Hortledero tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *& Sleidano lib.* 17. *pag.* 525. *& seq.*] quæ tertio anno pòst armata comitia, & Interreligionem,

nem, seu potiùs Catholicismi pluribus in locis restitutionem secum attulit. [*De frequentissimo hoc conventu, qui Augustæ anno 1547. inter arma inchoatus, sequenti finitus est, pluribus agit Sleidanus lib. 19. pag. 590. & seqq. & loquitur ipse Imp. Recessus, die Iunii postremo, anno 1548. ibidem scriptus. De Religionis verò declaratione sive potiùs Irreligione eodem loco & tempore publicatâ, quam Interim & Interimisticam religionem vulgò dicunt, quæq́, exceptis duobus tantùm articulis, nihil aliud, quàm ipse Papismus est*, (Reichs-Abschid zu Augspurg *d. anno* 1548. §. dieweil wir dann solchen.) *inter Imperialium Comitiorum Recessus etiamnum conspicitur legendæ, etiamsi omnem suam vim & effectum, quem habuit, dudum amiserit. Eâ constituit Imperator exercitium religionis, quale INTERIM esse debeat in Imperio Romano, usque ad definitionem Concilii generalis.* Augspurgische Reichs-Abschid / vnd Religions Erklärung *ann.* 1548. *Goldast. in Const. Imp. tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 107. *De Sphinge hac Augustana, quæ contra Cæsaris edictum contrariis ab utraque parte editis scriptis impugnata est, Sleidanus libr.* 20. *pag.* 620. 625. *& seqq. ut & lib.* 21. *pag.* 640. *D. Chytræus lib.* 16. *Saxoniæ, pag.* 429. *& Aug. Thuanus lib.* 5. *historiar. pag.* 143. *videri possunt.*] Verùm cùm hæc religionis temporarię formula ne ipsis quidem Catholicis, minimè omnium verò Evangelicis placeret, Concilium insuper Tridentinum lentè, & non, uti conventum erat, procederet, aliaque etiam plura hactenus ab exteris & aliis in Imperii republica perperam facta essent, post graves tandem & justas querimonias anno ejus sæculi secundo & quinquagesimo Passaviæ, pacificæ actioni datus est locus, quam Passaviensem transactionem vulgò voca-

19. De Interimisticâ religione, Tridentino Concilio, aliisque rebus Imperii querelæ.

vocamus. [*Querelas has passim legere est apud* πολυπράγμονα *Hortlederum tom. 2. lib. 5. qui quidem liber istiusmodi querelarum est plenissimus, ut & tom. 1. lib. 1. cap. 6. numer. 8. & apud Sleidanum dd. ll. & lib. 20. pag. 619. & lib. 24. ann. 1552. pag. 753. & plurimis seqq. Epitomen verò illorum Imperii gravaminum atque onerum Passaviæ Regi Rom. anno 1552. à Mauritio Saxoniæ Archiprincipe oblatam iidem, Sleidanus d. lib. 24. pag. 772. & Hortlederus d. tom. 2. lib. 5. c. 13. necnon Thuanus lib. 10. pag. 313. nobis exhibent: quorum etiam quædam in hac Passavina transactione recensita tolluntur, quædam verò & numero plura ad communem Imperii conventum rejiciuntur discutienda. Transactionem hanc omnium sermone celebratissimam commemorato loco & anno adhibitam, dubitationem non habet: sed de die ac mense inter scriptores est controversia. Nam in Augustanorum Comitiorum anni 1555. Recessu, §.* ferrner nach dem obgesetzter. 106. *pag. 410. & in Ordinatione Camerali eodem loco ac tempore emendatâ atque editâ, à princ. vers.* so haben wir doch. *pag. 420. transactio nostra, die 16. Julii erecta* (auffgericht) *dicitur. Idem volunt illi, qui his temporibus transactionem hanc & mandata omnia exhaurire prægestiunt, in quibus non postremi sunt Dillingenses illi Compositionis pacis scriptores, in ejus Appendice, pag. 14. Quin & mihi exemplum est Passavicæ transactionis, eâ tempestate manuscriptum, quod ex avitis paternisq; scriniis jure hereditario mihi obvenit: in hoc itidem ad finem, idem quidem & dies & mensis habetur; sed in inscriptione hæc quoque verba:* Der gantze Passauisch vertrag: Lectum Passaw xxx. Iulij, Anno &c. 52. *Franciscus verò Burchardus, qui trans-*

actioni interfuit, in Autonomia, part. 1. cap. 3. fol. 3 b. Justinus Goblerus Goarinus in Constitut. & Ordination. Imp. Caroli V. &c. & Goldastus, qui Goblerum, Latinum Transactionis interpretem, in suo Rationali tom. 1. part. seu volum. 2. Constitut. Imperial. laudat, in d. tom. 1. part. 2. Constitut. Imp. pag. 175. 183. & 191. & part. 2. Reichs-Satzungen / *pag. 263. Waremundus item ab Erenberg sive Eberhardus à Weihe in Meditamentis pro Fœderib. lib. 2. pag. 221. & 260. & Hortlederus tom. 2. lib. 5. de Bello German. c. 14. in rubr. & n. 16. ut & nuperæ Germanicæ Transactionis editiones, anno scilicet 1628. & sequenti procuratæ hanc concordiam & compositionem nostram factam, transactam & erectam sive excitatam esse alterâ die mensis Augusti, constanter tradunt: nisi quòd Goldastius paucas quasdam variantias notans, d. pag. 191. & Weihius d. pag. 260. hæc insuper verba margini adscribunt:* Aliâs, **den 16. Julij verfaßt:**
" **Ist also vor Franckfurt** anno eodem ratifi-
" cirt **worden.** *Vero igitur valdè simile est, transactionis quandam formulam die quidem Julij XVI. conceptam esse; sed quæ postea inter armorum strepitus cum iis, quorum interesset, communicata fuerit & examinata; quæque tandem 2. die Augusti ratificata, subscripta, & sigillis munita omne firmamentum ac robur non ab illo, sed ab hoc die assumserit. Certo enim certius est, pro ratione temporis & status per rerum naturam tum fieri non potuisse, ut vel medio mense Julio, vel etiam pridiè Calendarum Augusti utrinque approbaretur vel concluderetur ista transactio. Ejus rei caussâ provoco ad rerum gestarum illius temporis scriptores, Sleidanum lib. 24. pag. 780. 782. & seqq. D. Chytræum lib. 17. Saxon. pag. 458. & 460. Thuanum*

num lib. 10. *pag.* 318. *& alios, sive illi Romanæ, sive Augustanæ sint confessionis. Et sanè gravamina & postulata illa erant talia tantiq; momenti, ut ea altiorem indaginem requirere altera pars existimarit. Sleidan. d. lib.* 24. *pag.* 773. 776. 778. *& seq. Eadem quoq; penè conditio & ratio fuit Interimisticæ religionis, à Passaviensi hac transactione tandem interemtæ. (Hortleder. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 10. § 4. 15. *&* 17. *M. Crus. Annal. Suev.* III. *p.* 683.) *Nam & hæc in comitiis Augustanis anni* 1548, *die Maij XV. publicata, sed ultimo demum Junij data vel scripta dicitur.* K. Erklärung wegen der Religion/ *in rubr. & in fin. in* Reichs-Abschiden / *pag. m.* 334. *&* 353. *Videri tamen potest Goldastus Constitut. Imp. tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 107. *&* 126.] † Et hac quidem transactione, quæ ab ipso Imperatore Carolo expetita, [*quo de Lienciensis Recessus apud Hortlederum tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 11. *& Passaviensis Transactio, & Sleidanus d. lib.* 24. *pag.* 760. 762. 763. 766. 772. 773. 780. *&* 782. *testari possunt.*] à Ferdinando Rege promota; [*nequaquam vi extorta, quod tamen Franc. Burchardus in Autonomia,* I. *cap.* 3. *&* 4. *& Turbati Imperii status auctor W. I.* § *quæ omnia. voluere. qua de re modò laudata loca inspicienda. Eberh. à Weihe, lib.* 2. *de Fœderib. pag.* 221.] & à præcipuis utriusque religionis Principibus solicitè pertractata est, [*Sleidan. d. pag.* 772. *& seqq.*] præter alia inter ipsos & de hoc convenerat, ut Cæsar intra sextum mensem, pace interim nostræ Religioni non tam datâ, quàm redditâ, ageret communem Imperii conventum, in quo de communi omnium Ordinum consilio, qua potissimùm ratione dissidium religionis componi deberet, deliberaretur, statueretur, promulgaretur. [Passawisch vertrag / *cap.* Religion / Frid / vnd recht

20. Transactio Passaviæ cõfecta.

betreffend. § was dann folgendts. *apud Hortlederum tom. 2. lib. 5. cap. 14. num. 5. Eberhardum à Weihe lib. 2. de Fœderib. cap. 2. pag. 232. Goldastum tom. 1. part. 2. Constitut. Imp. pag. 185. & part. 2.* Reichs-Satzungen/ *pag. 259. num. 11. & Sleidanum d. lib. 24. pag. 784.*] Verùm hæc comitia, variis interjectis impedimentis, intra præstitutum tempus neutiquam habita; sed in illius sæculi quintum & quinquagesimum annum rejecta sunt & protracta. [*Sleidan. lib. 25. à princ. & pag. 808. 819. 830. & seq. & lib. 26. pag. 836. & 848.* Reichs-Abschid zu Augspurg *de anno 1555. in princ. & seqq. §§.*] † Hoc enim demum anno atque conventu in laudatâ urbe Vindelicorum Augustâ, à qua nostræ fidei Confessio adhuc dum nobile nomen habet, Augustanæ Confessioni sive Evangelicæ Religioni, eique addictis Christianis à summis Principibus & universis membris Imperii plena & perpetua pax publicitus solenniterque confecta, stabilita, atque confirmata est. [Religions-Frid in dem Abschid deß Reichstags zu Augspurg *anno 1555. d. 25. Septembris* auffgericht/ §. dieweil aber etliche Stände. 19. & §. vnd nach dem ein vergleichung. 25. & *cat. Hæc Religionis pacificatio non modò in Imperialium comitiorum Ratisbonæ anno 1557, Augustæ 1559. & 1566, & iterum Ratisbonæ 1613. actorum factis Recessibus, sed in Cæsareis quoq; Capitulationibus anno 1562, 1575, 1512, & 1619. datis instaurata est & corroborata.*] Et quidem hæc ferè dicere habui de occasione atque origine istius pacis, quę haud parùm, ut dixi, ad ea, quæ sequentur, proficient. Ita enim Imperialis illius dispositionis & religiosæ pacificationis naturam, de qua alterum dissertationis nostræ membrum est, faciliùs ac peniciùs cognoscemus.

21. Pax religionis perpetua in Augustanis comitiis anno 1555. constituta.

†Ex

I I.

† Ex hac ipsa verò narratiuncula non nemini quodammodo jam constare posse arbitror, postremam hanc pacis constitutionem, qua utriusque religionis, tam renovatæ, quàm inveteratæ, confessio & exercitium publicum, nec non ecclesiarum scholarumque reformatio, & bonorum ecclesiasticorum administratio Ordinib' Imperii relinquuntur libera, quaque ex contrario Episcoporum in Evangelicos jurisdictio suspenditur, [Religions Frid/ (*sic enim Augustanorum comitiorum anni* 1555. *recessus à parte principali, patrio sermone appellitatur*) §. vnd damit solcher Frid/ 15. *&* §§. *multis seqq. Sleidan. lib.* 26. *pag.* 856. *& seq. Pet. Denaisius in Iure Camerali, tit. Pacis religionis constitutio. Pet. Friderus De processib. lib.* 1. *cap.* 28. *& seqq. Ot. Melander Commentarior. Cameral. part.* 2. *pag.* 442. *ac seqq. G. Schoenborner. lib.* 4. *Politicor. cap.* 6.] neque in transactionis, neque in fœderis, neque in induciarum nomen transire, neq; id etiam ei ulla ratione convenire posse; si quidem verborum proprietate, quæ Jurisconsultis quàm commendatissima est & jure esse debet, uti velimus. [*Quintilian. lib.* 5. *Institut. Oratoriar. cap.* 14. *ad fin. Giphanius præfat. in Rittershusii Partitiones feudal.* §. *ergo de sermonis. Taubman. dissertat. de Lat. lingua*, *pag.* 21. *& seq. & Lance Satura ad Bar. Musculum I. C. pag.* 211. *ac seq.*] † Nam si hanc pacificationem nostram, Constitutionem esse Imperialem Decretumque Comitiorum cognoverimus, eidemque universa ac singula ea, quæ in faciendis Comitialibus Imperii Decretis requiruntur, inesse viderimus,

22. Quæ eius pacis propria sit natura.

23. Pax religionis, Imperialium comitiorum recessus seu decretum.

[*Franc. Burcard. in Autonomia, part.* 3. *c.* 37. *f.* 462 *b. ut & part.* 1. *cap.* 4. *maximè fol.* 16.] cum una eademq; operâ non solùm nominum superiorum nullum ei competere, sed &, contrariæ sententiæ homines qui sunt, aliquid monstri alere comperiemus. [*Quo de infrà* §. 32. *& seqq.* 2.] Ad ritè verò recteque constituendum ejusmodi Decretum, ut vim legis generalis & juris auctoritatem obtineat, necesse est, ut Cæsar & cuncti à Cæsare conscripti Ordines in communi Imperii conventu auctores fiant. [Außführlicher Bericht / wie es auff Reichstägen pflege gehalten zuwerden / *apud Goldastum, & Christoph. Lehemannum, & alibi, tit.* von Beschlussen vnd Abschiden eines Reichstags. *Auctor Autonomia, part.* 3. *cap.* 37. *pag.* 462. *Paurmeister. lib.* 2. *de Iurisdict. Imperii Rom. cap.* 2. *num.* 6. 15. 29. 30. 45. 47. 50. *& seqq. Bodin. lib.* 2. *de Repub. c.* 6. *pag.* 349.] Quod quemadmodum fiat, subjiciam. † Antequam Imperator generalia indicit comitia, omnium primò, vi Capitulationis [*Cæsar. etiam Caroli V. jam ab anno Christi* 1519. §. dergleichen sie die Chur-Fürsten. 12. *apud Goldastum, & Sleidanum lib.* 1. *Commentarior. pag.* 29. *D. Aruma. De Comitiis Imp. c.* 3. *num.* 13. *&* 16. *Paurmeister. d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 19.] ea de re sex Principum Electorum ad unum omnium consilium & consensum exquirit: deinde omnes Imperii Ordines utriusque status literis convocat. Ordines vel ipsimet comparent præsentes, vel suos cum mandatis ad constitutum locum mittunt; ubi omnes, postquam publicæ Cæsareæ Propositionis, quam vocant, recitationi unà interfuerunt, in certas mox distributi classes, de singulis ejus capitibus deliberant. Classium verò illarum

24. Cæsar Imperiique Proceres constituunt legem generalem.

25. Requisita Decretorum Comitialium sive Cõstitutionum Imperialiũ.

Reichs-Tag.

in co-

in comitiis tres ſunt, quas Imperii Conſilia ſive Senatus vulgo dicunt. Primus Senatus ſex Electorum eſt: ſecundus Principum dicitur, quo Principes non modò Eccleſiaſtici ac ſæculares, ſed Prȩſules quoq; Comites atque Barones comprehenduntur. Tertium conclave & Senatum habent Imperialium Civitatum legati ſive nuncii. In has ſecreti claſſes Electores, Principes, ac cæteri Ordines horumvé legati, de propoſitis rebus in commune conſulunt, ut primo quoque die ſententiam ſuam Cæſari dicant: & ſi quid inter omnes claſſes convenit, illud pro communi omnium Ordinum ſententiâ, &, ut loquuntur, concluſo ſeu placito ad Cæſarem referunt. Quod & de duarum ſaltem Claſſium conventione verum eſſe intelligunt. Veteri enim verbo, major pars concludere dicitur. [*Regula hæc quidem eſt juris civilis, & pontificii, cap. venerabilem. 34. verſ. exercuit autem. ibiq; gloſſ. extr. de electiõn. Aurea Bulla Caroli IV. c. 2. & Germanicorum Comitiorum: ſed quæ exceptionem in cauſſa religionis patiatur, ubi vota ponderanda, non numeranda. Gr. Pontanus apud Sleidanum lib. 7. anno* 1530. *pag.* 193. *Eberh. à Weihe, De regni ſubſidiis ac oneribus ſubditor. c. 2. num. 19. & c. 5. num. 53. Auctor (de quo Hortlederus tom. 1. lib. 1. c. 37. num. 7.) ſuſcitabuli tempeſtivi pro Principib. ſeu Commentationis ad Conſtitutionem de pace relig. part. 2. cap.* 10. *pag.* 70. *Hortlederus d. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *num.* 2. *& c.* 7. *numer.* 5. *& c.* 8. *num.* 6. *D. Arumæus De Comitiis Imp. c.* 7. *n.* 74.] Si igitur communis Procerum ſententia & conſultum Cȩſareæ quoque Majeſtati placitum eſt, atque ita utrinq; inter caput & membra Imperialis corporis omnino conventum, id primùm in formam Decreti

Reichs-Räht.

Reichs-Abschid.

creti Comitialis redigitur: tum ipſum Decretum publicè prælectum, recognitum, ac denuo approbatum, omnium ſubſcriptione & Cæſaris Ordinumq; quorundam ſignis munitur. Denique ejus exemplum Judici, Præſidibus atq; Aſſeſſoribus Imperialis Cameræ tranſmittitur, quod in proceſsibus deinceps decernendis & ferendis ſententiis ſequantur. Atque hoc pacto Cæſar & Ordines Decreto ſuo generalis legis vigorem dantes, idem publici juris & uſus faciunt, atque inter Receſſus Comitiorum Imperialeſque Conſtitutiones, quibus non ipſi tantùm Legislatores, ſed & univerſi per Imperium cives & ſubditi, ſuo quique modo, obſtringuntur, cooptant. [*Franc. Burchardus De Autonomia, part.* 3. *c.* 14. *&* 37. *Anonymus auctor* deß Berichts vnd Beſchreibung / wie es heutiges Tages auff Reichs-Tägen gehalten werde / *apud Chr. Lehemannum Chronic. Spirenſ. lib.* 7. *c.* 124. *& Goldaſtum in* Politiſchen Reichs-Händeln / *part.* 22. *tract.* 1. *Paurmeiſter. d. lib.* 2. *c.* 2. *per tot. D. Arumæus Commentario de Comitiis Romano Germanici Imperii, aliiq; ſcriptores alibi.*] † Et hæc quidem omnia & alia, quæ ad robur & ſtabilitatem legitimæ alicujus ac perpetuæ in Imperio Conſtitutionis requiruntur, in Pacificatione noſtra religiosè ſanctéq; obſervata eſſe, præterquam quòd ipſe Conſtitutionis noſtræ tenor ac ordo demonſtrat, [Abſchid deß Reichs-Tags zu Augſpurg *ann.* 1555.] auctor quoque Autonomiæ, homo quidem totus Pontificius, ſed teſtis oculatus, & jurium rerumq; Imperialium conſultiſsimus, [*Paurmeiſt. d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 52. *pag.* 470.] non ſolùm confitetur, verùm etiam profitetur, & pluribus in medium allatis argumentis con-

26. Pax Religionis omnia habet requiſita Imperialis Conſtitutionis ſeu Receſſus Comitialis.

tis confirmat. [*Autonom. dict. part.* 1. *cap.* 4. *fol.* 16. *&* *seqq. ut & part.* 3. *cap.* 37. §. inmassen dann solches alles. *fol.* 462. *b. Paurmeister. d. lib.* 2 *cap.* 2. *num.* 52. *pag.* 471.] † Nam Augustanorum Comitiorum indictionem quod attinet, de Septemviralis Collegii consensu ex ipsa Passaviensi Transactione constat: [Passawisch vertrag/ *tit. Religion*/ Frid vnd recht betreffend. §. was dann folgendts.] de convocatione verò & Ordinum congregatione, non ipsa modò Pax Religioni data mox à principio apertè loquitur, sed & ad calcem longissimum Electorum, Principumque tam Ecclesiasticorum quàm politicorum, ut & Prælatorum, Abbatissarum, Comitum, Baronum, atque Civitatum Imperii catalogum subjectum habet, hoc est, universos ac singulos per Romanum Imperium Ordines utriusq; & status & religionis, qui Conventui illi vel ipsi vel per suos adfuerunt, ejusque Decretum subscripserunt, nominatim dicit exhibetque. [*Religions*-Frid / oder Reichs-Abschid *d. ann.* 1555.] Quemadmodum verò Decretum Comitiorum omnes subscripsisse atque comprobasse leguntur, quotquot tum Imperii Ordines audiebant, nemine excepto: ita & idem eorum sigillis consignatum est firmatumque, quorum firmari moris est & juris. [*Recess. modò dict. in fine, Franc. Burchardus in Autonom. part.* 1. *cap.* 4 *fol.* 16. *&* 17. *&* *part.* 3. *cap.* 37. *fol.* 462 *b.* Bericht von Reichs-Tägen/ *tit.* von Beschlussen vnd Abschiden. *Paurmeist. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 52.] Tandem & illud ipsum de pace Decretum Rex Romanorum, ac Germaniæ Archicancellarius Spirensi Cameræ pro lege, secundùm quam posthac judicaret, insinuarunt, ut literæ,

27. Imperii universi Ordines convocati, eam comprobarunt.

28. Religionis Constitutio Imperiali Cameræ, pro lege insinuata.

quas Franciscus Burchardus, Romanæ Confessionis Jureconsultus, eisdem verbis r. fert, contestantur. [*De Autonomia, d. part.* 1. *cap.* 4. *fol.* 16. 17 *b.* & 18. & *part.* 3. *cap.* 37. *fol.* 462 *b. Paurmeister. dict. cap.* 2. *numer.* 52. *pag.* 471. & 472. *Goldast. in* Reichs-Satzungen/ *part.* 1. *pag.* 288. *ac seq. Eberh. à Weihe lib.* 2. *de Fœderib. pag.* 222.] Eat nunc aliquis, & legalem nostram dispositionem super religionis dissidio factam porrò fœdus esse contendat, ni simul omnia Decreta Comitialia omnesque Imperiales Constitutiones mera fœdera interpretari, & Codice Imperiali non Recessus Comitiorum, sed fœdera concludi; vel Germanos non leges ferre, sed fœdera ferire; nec etiam legibus, sed fœderibus vivere, velit statuere. † Et quis unquam ex Germanis Jureconsultis alterutrius religionis ausus est dicere, Imperialem Cameram jurisdictionem in Ordines diversæ religionis inter se ob turbatam Religionem litigantes non ex Constitutione Imperii, sed ex confœderatione vel etiam transactione aliquâ habere vel exercere? Andreas certè Gailius, homo Catholicus, & olim in Imperialis Cameræ Curiæque Cæsareæ rebus exercitatissimus, jurisq; & privati & publici scientissimus, [*Weihe De fœderib. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 37.] commemoratæ Cameræ jurisdictionem in caussis Religionem concernentibus non nisi Constitutione Religionis [auff den Religions-Friden / §. wir befehlen vnd gebieten. 32. §. vnd dann dieweil. 108. *vers.* zu dem. & §. dieweil auch. 115. *nec non Ordinat. Cameral. anni* 1555. *in præfat.* & *part.* 1. *tit.* 57.] annó 1555. in comitiis Augustanis communi Statuum consensu promulgatâ fundari, ac lege Imperii dari pronunciat:

29. In Corpore juris Germanici non fœdera, sed Imp. Constitutiones & Comitiorum Recessus continentur.

30. Imp. Camera in causis religionem concernentibus jurisdictionem habet ex lege.

ullius

ullius verò fœderis, quod nullum unquam fuit, nusquam meminit. [*Pract. observ. lib. 1. obs. 1. n. 3. & obs. 2. in princ. Noa Meurer. in Processu Camerali, part. 1. fol. 2. & part. 2. fol. 64. ibiq; in Commentariis Melander pag. 65. 442. & 454. Denais. in Iure Camerali, tit. Jurisdictio Cameræ. 163. §. 20. & tit. Mandata super pace relig. 181. §. 1. & tit. Pacis religionis constitutio. 216. §. 27. Christoph. Svanman lib. 1. de Processib. Cameralib. cap. 8. num. 1. & Practic. observ. 145. num. 7. Friderus Mind. lib. 1. de Processib. cap. 18. num. 1. Bern. Grevaeus lib. 1. conclus. 2. numer. 1. Es. Rosencorb. in observat. forens. cap. 29. & seq. Adr. Gylmannus tom. 1. Symphorem. part. 1. tit. 3. Laur. Richuin. in Formular. variar. Supplicat. part. 1. cap. 2. pag.* 108.] † Atque ita sacratissimi nostri Imperatores Imperiiq; Proceres, necnon juris, inprimis publici, interpretes pleriq; omnes uno ore locuti sunt & senserunt, [*convenienter traditis à Weihio lib. 1. de Fœderibus, cap. 3. num. 5. & 6. & Gylmanno in Symphorem. d. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 3. num. 3. Richuin. in Formular. pag. 229. ac seq.*] nisi quando unus & alter, veteres potiùs Poëtas, Oratores & Historicos, quàm Jurisconsultos imitatus, impropriè locutus est, & fœderis nomen pro vinculo, conjunctione, & quocunque mutuæ obligationis modo usurpavit. [*In quibus ipse est Weihius De fœderib. lib. 1. cap 2. numer. 49. & lib. 2. cap. 1. num. 69.*] Apud illos enim non solùm fœdus humanitatis & humani generis, & amicitiæ, & perpetuæ pacis legimus: sed & fœdus pro jure ac lege acceptum invenimus. [*De Fœderis dictione consuli possunt præter Weihium d. lib. 1. cap. 3. numer. 37. & seq. & Remigium Feschium dissertat. de Fœderib. thes. 2. lit. e. qui de Latina Lingua ac de Verborum significatione*

31. Fœderis significatio varia; sed propria, Juris Conditorum.

gnificatione integra conscripserunt volumina. Bodinus quidem lib. 5. de Repub. cap. 6. pag. 964. & idem quoq; Eberhardus à Weibe d. lib. 1. de Fœderib. c. 2. num. 49. & 50. & lib. 2. pag. 221. transactionem Passaviensem fœdus vocarunt; sed perperam, notante Hortledero tom. 2. de bello German. lib. 5. c. 14. à princ.] † Quo sanè sensu si quis capiat, à nobis haud longè abierit: sin verò aliò, eoque rapiat, ut fœdus legi opponat, occultè is cuniculos agit ad Palladium Germaniæ nefario ausu intervertendum, pacique religionis struit insidias, quam alii auctores apertè petunt, & eidem jugulum incidere annituntur. † Nam qui conciliationem pacis religiosæ non Constitutionem vel legem Imperii, sed fœdus esse contendunt, ea re faciunt, ut, quantum in ipsis situm est, Imperiale pacificatoriæ Constitutionis beneficium, quod quàm plenissimè interpretari debemus, & aliâs latissimè patere dicitur, [*L. beneficium. 3. ff. de constitutionibus Princip. & cap. odia. 15. de regulis juris, in 6. & argum. l. si quando. 2. Cod. de bonis vacantib. Gylman. tom. 1. Symphorem. part. 1. tit. 3. vot. 3. num. 9. & seqq. & pag. 273. & ex eo Laur. Richuin. part. 1. Formular. Supplication. cap. 2. pag. 231.*] coangustent; &, quia stricti juris sit fœdus, Imperiali Sanctioni, quæ est bonâ fide constituta, nimis callidè strictam & angustam affingant interpretationem. [*Fœdus enim definiunt pactionem publicam, per l. conventionum. 5. ff. de pact. ibiq; in Paratitl. Wesenbec. num. 4. Eberh. à Weibe De fœderibus lib. 2. c. 1. num. 14. & Rem. Fesch. dissertat. de iisd. th. 3. lit. c. Ant. Geilenkirch. disputat. de remediis litium dirimendar. posit. 20. indeq; ut reliqua pacta privata suâ naturâ, juris quoque stricti esse volunt, stricteq; interpretandum, per gloss.*

32. Qui Religiosæ paci suâ interpretatione insidias struant.

33. Religionis Constitutio latissimè interpretanda.

gloss. in l. pacta. 6. ad verb. nullam. Cod. de pact. & in l. juris gentium. 7. §. quin imò. 5. ff. eod. tit. & ibi Iason numer. 12. l. si unus. 27. §. pacta quæ. 4. ff. eod. l. si repetendi. 7. C. de conditione ob caussam dat. l. quidquid astringendæ. 99. ff. de verbor. obligationib. ibiq; Interpp. Sed videsis Wesenbec. dict. loc. num. 3. 4. 9. & 10. Weihium lib. 1. c. 3. num. 12. & 2. seqq. D. Bocer. disputat. de pactis, th. 11. & 42. Geilenhirch. dict. disput. posit. 45.] † Eodem planè collineant, qui transactionem, ideoque stricti itidem juris eam conventionem esse volunt, & ut summum jus, veteri proverbio summa quasi injuria sit, faciunt. [*Non tam ex mente glossæ & Doctorum ad tit. ff. & Cod. de transactionib. & Wesenbeccii in ff. eod. numer. 1. & 2. quàm ex notatis prox. super. §. 33. quibus transactio, pacti quædam & conventionis species habetur. Sed adi D. Bocerum disputat. de transactionib. th. 2. & 29. Geilenhich. disput. de Remediis lit. dirimendar. posit. 48. ac seq.*] † Sed verò illam nec fœdus, nec transactionem, nec etiam stricti juris esse, non ex illis tantùm, quæ de Constitutionis ac legis Imperialis natura jam disputata sunt, elucescit: sed inde quoque manifestum fit, quòd in eodem eorundem Comitiorum consulto & Recessu non de solius Religionis pace, sed & de pluribus aliis capitibus, quæ ad jus sacrum & religionem nihil attinent, agitur. Nam Legislatores multa quoque de pace & tranquillitate publicâ in civilibus negotiis, quam profanam aspectu religiosæ vulgo appellitamus, ibidem sanxerunt: itemq; alia, velut de jure, & Ordinatione, quam vocant, Camerali, atq; Politicâ, de moderatione ac diminutione impositarum pensitationum, de re monetariâ, & indicendis aliis

34. Summum jus, summa sæpe per interpretationem injuria.

35. Imp. Constitutio, cui Religionis pax inserta, plura alia quoque continet capita.

Comitiis præscripserunt: [*Videatur ipse Augustanus Imp. Recessus, & Cameralis Ordinatio hoc* 1555. *anno facta.*] quæ nemo fœderis vel transactionis capita dixerit; nisi quis, quod antè memini, fœdera in Imperialibus Comitiis, non leges sanciri, sibi opinionis errore finxerit. † Quid quòd & illa ipsa super pace religionis facta legalis dispositio, pars est & auctarium generalis Constitutionis de pace publica? id quod, præter nostrates doctores, etiam nostræ Constitutionis verba, in paragrapho maximè decimo tertio, [*incip.* in solcher fürgezogenen Handlung. *Denaiss. in Iure Camerali, tit. Pacis religionis constitutio.* 216. §. 1.] apertissimè indicant. [*Paurmeister. lib.* 2. *de Iurisdict. c.* 2. *num.* 67.] † Ut enim pax publica gemina est, sacra & profana: [*Ant. Coler. Isagogicæ Iurisprudentiæ part.* 2. *disputat.* 5. *th.* 19. *lit. b.*] ita & ipsa super eâ Constitutio duo summa capita, quæ sunt de pace tàm quoad utramque religionem, quàm quoad civilem statum sanctè servandâ, comprehendit, quibus summos Principes & Ordines Imperii, tam Ecclesiasticos quàm politicos, tam Catholicæ religioni, quàm Augustanæ Confessioni adhærentes in perpetuum devinctos habet. [*Recess. Imp. Augustan. ann.* 1555. *per tot. & Ordinat. Cameral. in præfat. seu exord. pag. m.* 420.] † Et sanè utraque pax & Constitutio in omnibus Comitiis pari, ut ajunt, passu ambulat: & quod de una dicitur, id cum altera illi regulariter est commune. [*Waremund. ab Erenberg sive Eberh. à Weihe lib.* 2. *de Fœderib. cap.* 1. *num.* 70. *Rosencorb. practic. forens. cap.* 17. *num.* 2. *Gylman. tom.* 1. *Symphorem. part.* 1. *tit.* 3. *vot.* 9. *num.* 14. *pag.* 246. *vot.* 11. *pag.* 257. *G. Val. Winter. in Parthen. litigios. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 12.

36\. Pax religiosa, pars pacis publicæ.

37\. Pax publica duplex, profana & religiosa.

38\. Æquis incedunt passibus ambæ.

num. 12. Visitations Memorial anno 1579. & Decret. Visitator. ann. 1583. apud Denaisium in Iure Camerali, titul. mandata super pace religionis. 181. §. 4. & 5. Reichwein. in Formular. part. 1. c. 2. pag. 284. Christoph. Lebenman. lib. 3. Actor. publ. de pace relig. c. 26. à prin.] † Sic inter ordinaria fermè & consueta Propositionis & consultationis Comitialis capita primum locum tenet, quod est de utraque pace publicâ, quà religiosâ quà profanâ, per Imperium firmandâ, constituendâ, servandâ: id quod homo Cæsareas Capitulationes, Acta Imperii, Comitiorumque Decreta & Recessus evolvens ad nostra hæc usque tempora observatum deprehendet. [*Paurmeister. lib. 2. de Iurisdict. cap. 2. num. 30.*] † Quòd autem umquam aliquod ibi fœdus sancitum fuerit & firmatum, quodq; nomen fœderis alterutri paci vel constitutioni à juris conditoribus uspiam datum & attributum fuerit, quo suo illa proprio & certo vocabulo appellaretur, id verò ne ipse quidem Argus perspexerit. † Et cedo, qui fœdus Imperatori atque Regi Romanorum cum universis suis Principibus Ordinibúsque intercedere potuit, qui inter se unius reipublicæ & imperii & juris vinculo longè arctiori longeque sacratiori sunt colligati? [*Weih. de fœderib. lib. 1. c. 3. n. 8. & 9.*] nisi forsitan sit, qui Germaniæ Principes & Ordines ac Civitates Imperiales jura majestatis à se habere, nec alienis imperiis ac legibus, sed jure tantùm fœderis ac societatis, quemadmodum vicinorum Helvetiorum civitates, inter se obligari, falsò opinetur: qua quidem in opinione olim Bodinus Gallus hæsit; sed cui pòst aliud edoctus repudium misit. [*De Repub. lib. 2. cap. 6. pag. 349. notante quoque*

39. Vtriusque pacis constitutio, capitum Propositionis Cæs. primum.

40. Fœderis nomen neutri paci quadrat.

41. Cæsar Proceresq; Imp. arctiori, quàm fœderis, vinculo inter se devincti.

Hortle-

Hortledero tom. 1. de German. bello, lib. 1. c. 8. num. 13.]

42. Reipub. suæ statum & jus ignorare, germano civi turpe.

Ex quo intelligitur, quàm turpe sit Germano vel civi Romano, in medio rerum & hominum vitam qui colit, si Reipublicæ, in qua versatur, statum & jus publicum ipsius caussâ constitutum ignorans, aliud in Orbe Romano inconsultè ac temerè dicat pronuncietvé. [*L. 1. §. 2. ff. de justitia & jur. §. ult. Inst. eod. tit. L. 2. ff. de statu homin. §. final. Inst. de jure natur. gent. & civil. l. leges sacratissimæ. 9. Cod. de legib. l. 2. §. 43. ff. de origine jur. Zach. Friderich. in præfat. Politicor. Agellius lib. 20. Noctium Atticar. cap. 10. & 11.*

43. Fœdera regulariter contra peregrinos feriuntur.

† Insuper si fœderis sanctio inter Germanos ulla unquam fuisset, quis est, qui non videat, illam nequaquam contra communes hostes & peregrinos, quod aliâs in sanciendis fœderibus fidei amat & solenne est; [*Videantur Weihius lib. 2. de fœderib. cap. 1. num. 14. & 15. Feschius dictâ dissertat. th. 3. & seqq. Windeccius in commentario de Electorib. Imp. cap. 23. punct. 11. à princ. Ant. Geilenkirch. disput. de Remediis lit. dirimend. posit. 20.*] sed contra ipsos & solos fœderatos, si quis eorum aliquam conventionis legem violâsset, & factam & valituram esse? quo vix quidquam absurdius esse dicivé potest. Quid enim est, fœdus contra seipsum ac cives suos ferire, & ab externis bellis velut in viscera sua, arma convertere, si non hoc est? † Præterea quemadmodum Imperialium Comitiorum Decreta atque Recessus non per modum fœderis, sed per mutuæ obligationis, conventionis & contractus modum fiunt atq; constituuntur: sic quoque nec naturam fœderis induunt, sed conventionis & contractus vim habent ac retinent: [*Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. cap. 2. num. 57.*] & non

44. Recessus Comitiorum per modum contractus fiūt.

Cæsa-

Cæsarem modò volentem atque Ordines utrinque decernentes mutuò obligant, verùm cæteros etiam Imperii cives Ordinumque subditos constringunt. [*Idem Paurmeist. d. lib. & cap.* 2. *num.* 47. 50. & 57.] Quæ quidem ita patent & in comperto sunt omnibus, iis præcipuè, qui corpus juris nostri Germanici legendo percurrerunt, ut res disputatione non egeat. Sed nec sanorum juris interpretum quisquam repertus est adhuc, qui, ut suprà dixi, ullam Constitutionum proprio fœderis nomine appellare, vel fœderis naturâ propriâ atque virtute donare unquam animum induxerit suum, vel etiam jure potuerit.

† Quæ hactenus de fœdere dicta sunt, eorum pleraque omnia haud incommodè ad transactionem quoque accommodari posse videntur. Nostra enim pacificatio, sive, ut Gailius [*lib.* 1. *observat.* 1. *num.* 3. & *observ.* 2. *in rubr.* & *num.* 1. & *seqq.*] loquitur, Constitutio Religionis neque nomen neque vim transactionis habere in omnibus potest, neque etiam per transactionis modum esse cœpit; sed ad exemplum reliquarum Imperii Constitutionum per modum contractus, cujus quoque vigorem obtinet, facta est. † Quanquam verò non nescimus, eam è transactione Passaviensi originem trahere: [Passawisch Vertrag/cap. Religion/ Fried vnd Recht betreffend. §. was dann folgends/ *etc.* Religions-Fried/ *in princ.* & §. fe:nner nach dem obgesetzter/ & *cæt.*] tamen & hoc constat, primùm aliud esse tractationem rei ac consultationem, aliud verò ipsam conclusionem & Senatusconsultum, atq; ita omninò modum tractandi ab ipso concluso,

45. Pax religionis non est transactio.

46. Qui ea Passavicæ transactioni originem suam debeat.

F quod

quod vocant, distinguendum. [*Quemadmodum verbis illis nostræ Constitutionis*, Ferner verpflichten vnd verbinden wir vns zu allen theilen/ *fœdus inter Catholicos & Evangelicos ictum nemo facilè dixerit: (ea enim nihil aliud sibi volunt, quàm legislatores seipsos adservandam eam pacem ultro citroq; adstringere ac devincire: quod & hodiè fit:) ita nec Germanica illa vocula* verglichen/ *quæ in Recessibus Imperii, Augustano anni* 1555. §. in solcher fürgezogenen Handlung. *Ratisbonensi* 1557. §. so haben wir vns. *& Augustano* 1566. §. vnd nach dem dann. *super pacis non modò religiosæ, sed & profanæ renovatione & corroboratione usurpata invenitur, de transactione, sed de quacunq; conventione & pactione mutuâ, ac libero in idem placitum consensu, extra controversiam accipienda est. Quo de Paurmeisterus d. lib. & cap.* 2. *num.* 50. 52. 74. 76. & 84. *& Weihius d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. *& seq. Rerum sanè majorem, quàm verborum habendam rationem, ac mentem potiùs Legislatoris, quàm verba legis inspicienda, regula juris cultoribus habetur. Nostram enim pacificationem religiosam, legem Imperii esse innuit dictus Recessus anni* 1555. §. setzen demnach/ ordnen/ wöllen vnd gebieten/ꝛc. *inquit D. Arumæus, De Comitiis*

47. Transactio illa quo fine suscepta.

Imp. cap. 8. *num.* 10.] Deinde illa ipsa transactio, ad Religionem quidem quod attinet, eo unico fine suscepta est & confecta, ut ea in communi conventu per Imperium Lex communis generalisque fieret Constitutio. [*Passav. transact. dict. cap. & §. cum Recessu anni* 1555. *in princ. & cæt.*] †Hinc simul videatur, eam interea temporis induciarum quasi loco fuisse,

48. Quomodo induciarum quasi loco fuisse videatur.

[*tùm propter generalitatem textûs in Passav. transact. & suspensionẽ ulterioris super religione & pace tractationis, tum propter verba, quæ apud Dillingenses in Compositione pacis, cap.* 6. *num.* 60. §. *verùm cùm. leguntur.*] &

quan-

quandam proximè insecutorum Comitiorum præparationem, in quibus pax, quæ religioni per summos Principes erat data, an reddita Passaviæ, Cæsareâ, Regiâ, & communi omnium primi, medii, ultimi ordinis Procerum auctoritate plenè planeq; constituta, perfecta & confirmata est. † Atque hoc quidem modo pax religionis, quam vocamus, in Passavicę transactionis locum suffecta, in Corpus germanarum Imperialium Constitutionum relata est; Passavica verò illa actio & pactio meritissimò omissa. Nec enim apud Germanos moris est, transactiones, etiam publicas, in legitimarum Constitutionum referre numerum. † Absurdus, credo, fuerit, & omninò non audiendus, qui, cùm nemo non videat, religiosam nostram Constitutionem neque transactionis, neque fœderis definitione contineri, eam induciarum nomine induere velit. Nam quòd auceps syllabarum obtendat, paci quidem publicæ, quam Profanam dicimus, in Imperialium Comitiorum Recessibus ubique suum nomen attribui; at pacem hanc, quàm vocamus Religionis, in hac ipsa sui constitutione & in Passavina transactione vix aliter, quàm Pacificationem appellari, hacque voce non nisi temporariam intelligi pacem, atque ita inducias potiùs pactas videri, quàm pacem: nihil is omninò agit. [*Profectò si quæ istiusmodi religionis Pacificationum, induciæ dici potuerunt, haud aliæ, quàm illæ fuère, quæ ante* 1546. *annum & Germanicum bellum sub modo & termino concessæ, & identidem interpolatæ sunt, de quibus in Imperialibus Recessibus, Augustano anni* 1541. §. doch haben wir uns vorbehalten. *pag.* 254. *& Spirensi* 1544. §. were aber sach

49. Non Passav. transactio, sed Pax religionis in Codicē Imp. Constitutionum relata.

50. Religiosa pax, neque induciæ, temporaria pacificatio.

Land-Frid.

Fridstand.

das. *pag.* 306. *sicuti & illa, quæ anno* 1539. *Francofurti ad Mænum facta est, expresse* der Friedliche anstand *apud Hortlederum tom.* 1. *libr.* 1. *cap.* 32. *dicitur: quæ vox in Passaviensi quoq; transactione occurrit*, §. das auch die Chur-Fürsten. 10. *vers.* da auch Marggraff. *apud eundem Hortlederum tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 14. *pag.* 1042.] † Et quanquam pacis turbonibus hæc opinio inde quoque stabiliri posse videatur, quòd ea pacificatio non purè concepta sit, sed tantùm ad generale vel provinciale Concilium, vel Colloquium, vel Comitia, vel ad aliam amicabilem aliquam dissidii compositionem usque durare debeat, unde barbaris quoque Interim & Tolerantia barbarè dicitur: [*Vide Necessariam defensionem S. Rom. Imperii Evangelicorum Electorum, Principum & Ordinum Pupillæ, sive Augustanæ Confessionis, anno* 1629. *Lipsiæ recusam, pag.* 258. *& quæst.* 1.] omnibus tamen plùs quàm cognitum est, pacem religiosam in hac ipsa Constitutione profanæ assimilari atque conjungi, & non tantùm pacificationem, verùm etiam propriis & significantibus verbis constantem, firmam, puram, in æternumque duraturam dici pacem. Deinde hæc ipsa pacis conciliatio ab his Augustanis Comitiis ad hunc usq; diem in omnibus Constitutionibus Imperialibus Cæsareisque Capitulationibus non nisi Religionis pax, & quidem sine adjectione ullius conditionis aut temporis, perpetuò nominata invenitur, perpetuoq; servanda ac religiosè custodienda dicitur. Tum Religionis dissidium nec dum ullo publico conventu, aliové modo legitimo sublatum esse, tam certum esse arbitror, quàm nivem algere.

51. Purè concepta, & tamdiu duratura, quamdiu profana, vel de religione dissensio.

†Reli-

I I I.

† Reliqua est tertia pars, de qua, quia ejus jam antè nonnulla jacta sunt fundamenta, quàm brevissimè potest, agemus. Quoniam igitur dispositio illa è religionis dissidio profecta, & induciarum, & transactionis, & fœderis appellationem ac descriptionem respuit; optimi verò & pacis & legis auctores illi Constitutionis per universum Imperium perpetuò valituræ nomen, naturam atq; vim attribuerint, cuncti perspiciunt, ei neq; tum, neque postea ullam contradictionem protestationemvé ab ullo Præsulum vel Principum Ecclesiasticorum jure opponi potuisse, vel etiam olim oppositam hodie repeti, vel quidquam valere posse. 52. Constitutioni religionis, unius contradictio obstare nequit.

† Nam si aliquis è tanto Ordinum numero contradictor tum comparuisset, eum vix alio, quàm privati hominis censu æstimandum, æqui rerum arbitri judicant: & ejusdem unius vox vel votum haud injuriâ haberetur pro nullo, tum vel maximè, quando omnes reliqui tam Catholici, quàm Evangelici in unanimem sententiam conspirant. 53. Is enim pro privatâ persona, & ejus votum pro nullo habetur.

† Privatis quidem pactionibus non dubium est, non lædi jus cæterorum, quemadmodum Imperatores Antoninus & Verus, Scævolâ teste, rescripserunt: [*L.* 3. *in princ. ff. de transactionib.*] & rem vel transactionem inter alios factam aliis nō posse facere prejudiciū aut nocere, notissimi juris est: [*tot. tit. C. inter alios acta vel judicat. l. sæpe constitutum.* 63. *in pr. ff. de re judicat. l. Modestinus.* 10. *ff. de exceptionib. l.* 2. *Cod. quibus res judicata non noc. l.* 1. *Cod. de transactionib.*] sed de publicis tamen conventionibus aliud statuendum fuerit. [*Paurmeister. lib.* 2. 54. Pactiones privatæ à publicis distinguendæ, reique publicæ maior habenda ratio, quàm privatæ.

 cap. 2.

cap. 2. num. 57.] In his enim pactionibus atq; conventionibus, quæ ex publica caussa fiunt, & juris sunt publici, non tam quid jure communi aut legibus receptum sit, quàm quid necessitas & usus reipublicę postulet, attenditur: ac semper publicæ conventiones ad statum reipublicæ spectant, & non privatim tantùm, sed publicè potissimùm utiles sunt, & separatam habent à jure privato caussam. [*L. conventionum. 5. ff. de pact. ibiq; in Paratitl. Wesenbec. num.* 4. *l.* 1. §. *hujus studii.* 2. *ff. de justit. & jur. cum* §. *hujus.* 4. *& ibi Vultej. num.* 1. *Instit. eod. tit. l. de pupillo.* 5. §. *si quis rivos.* 11. *ff. de operis novi nunciation. Eberb. à Weihe lib.* 1. *de fœderib. cap.* 1. *num.* 203. *& seq.*]

55. Salus populi, suprema lex censetur.

Hic verò communis utilitas, patriæ tranquillitas, securitas publica, & salus populi suprema lex esto, imò suprema legum omnium norma, àd quam minima maxima exigantur.

56. Ius Iustinianéum ubiq; ad publicùm jus & statum Imperii hodiernū velle applicare, sinistrum.

† Et meâ quidem sententiâ perquam absurdus fuerit & iniquus, qui veterum solùm scrupulositatem legum, & nimiam verborum subtilitatem, vel apices juris privati ubique ad ea, quæ non privati, sed publici juris sunt, accommodare; neç, quæ ad rempublicam pertinent, à rebus & actionibus privatorum discernere velit; nostrâ præsertim ætate, qua longè alius reipublicæ status est, aliaque Imperii Romani facies, quàm cùm Justinianus imperitaret. [*Vultej. ad* §. 1. *num.* 2. *Instit. de justit. & jur. And. Cnich. in Epistola ad Tob. Lagum, præmissâ tractationi De sublimi & regio territorii jure, edit. iter. per tot. Paurmeister. d. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 45. *Eberb. à Weihe lib.* 2. *de fœderib. c.* 1. *num.* 53. *Auctor Informationis facti & juris*, wie es mit der Reichs-Statt Donawehrt/ ꝛc. *part.* 1. *pag.* 123.]

57. Quædam re-

† Quanquam interim nō eo inficias,

esse

esse regulas, quæ utriusque, publici atque privati juris communes sint, ex lege videlicet naturæ haustæ, vel è naturali ratione depromtæ. Jus enim publicum æquè, ac privatum à naturali & communi omnium gentium jure proficisci, vel ejus tirones è primo Pandectarum titulo nosse queunt. [*Vultej. ad §. hujus studii. 4. num. 2. Institut. de justitia & jur.*]

gulæ juri publico cum privato cõmunes: quia utrumque à lege naturæ & gentiũ profectum.

58. De jure publico non idem, quod de privato, dicendum.

† Ejusmodi planè juris publici partes sunt pacem constituere, sancire leges, legibus sanctionem pœnamque addere: [*Vultej. dict. num. 2. & ad proœm. Instit. num. 4.*] de quibus sanè non idem, quod est de privatorum pactis vel transactionibus constitutum, dici debet. [*Scip. Gentil. lib. 3. de Iurisdict. c. 22. in fin. Paurmeister. d. c. 2. num. 45. 57. & 92. Eberh. à Weihe d. lib. 1. cap. 1. num. 203. & 204. ut & lib. 2. cap. 1. num. 53.*]

59. Bono & juri publico cedit omne privatum.

† Et quidem si utilitas publica & quæ communiter omnibus prodest, non privatorum modò contractibus, sed privatæ quoque utilitati præferenda est: [*L. utilitas publica. 3. Cod. de primipilo, lib. 12. L. unic. §. hæc autem omnia. 14. in fin. Cod. de caducis tollend. Passav. transact. §.* **die angezogenen beschwerden.** *6. vers.* **vnd damit der Chur-Fürst.** *in fin. ibiq. Hortlederus in not. Authent. res quæ. in fin. Cod. communia de legatis & fideicommiss. & Novell. 39. capit. 1.*] si jus publicum privatorum pacto vel cautione infringi, [*l. jus publicum. 38. ff. de pact. l. Neratius. 20. in princ. ff. de religiosis & sumtibus funer. l. quod bonis. 15. §. 1. ff. ad Legem Falcid. l. final. ff. de suis & legitimis hæredib. l. non utiq. 2. §. jus reipublicæ. 8. ff. de administratione rerum ad civitates pertinent. l. nec ex prætorio. 27. & l. neq. pignus. 45. in fin. ff. de regulis jur. l. testandi causâ. 13. Cod. de testament. cap. si diligenti. 12. extr. de foro competent.*

petent. Paurmeister. d. cap. 2. num. 92. Mart. Mager. tract. de Advocatia armat. cap. 6. num. 585. & seq.] vel etiam conventione magistratuum mutari nequit: [*l. 1. §. si inter magistratus. 9. ff. de magistratibus conveniend. & d. l. 2. §. jus reipub. 8. ff. de administratione rerum ad civit. l. jurisgentium. 7. §. ait Prætor. 7. ff. de pact. Vultej. ad §. interdum autem. num. 2. Inst. de curatorib.*] si denique nullâ dispositione vel pactione publicis legibus contrarium quid introduci, vel quidquam derogari potest aut debet, [*l. cerdonem. 42. ff. de operis libertor. l. si non speciali. 9. & l. testandi caussâ. 13. Cod. de testament. l. ult. ubi Dd. Cod. ut contra jus vel utilitatem publ. Paurmeister. d. num. 92.*] ut omnino tam publici, quàm privati juris regulæ à summis Imperatoribus legumque conditoribus laudatæ rectè habent: quî quæso unus aliquis sive Præsul sive Princeps protestatione suâ, Imperatoris, Regis, Electorum & reliquorum Principum atque Ordinum non Evangelicorum tantùm, sed & omnium Catholicorum, eorundemque tam Ecclesiasticorum, quàm politicorum tam salutarem, tamq; exoptatam publicæ pacis & legis generalis constitutionem per universam suam diœcesin labefactet, corrumpat, evertat? † An unicus homo Ecclesiasticâ jurisdictione armatus toti Imperio, cujus ipse civis, ausit se opponere? an vir sacri ordinis pacem etiam ipsius caussâ constitutam spernat, legemque domo suâ exsulare jubeat? Sed benè habet: Nemo Ordinum libello aliquo contradictorio, vel protestando cavere potest, ne leges Imperiales in sua ditione, diœcesi, provincia locum habeant. [*Argum. l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. l. juris gentium. 7. §. ait prætor 7.*

60. Pacem & jus publicum pro nihilo habere, indignum cive.

tor. 7. ff. & l. pacta quæ. 6. Cod. de pact.] † Hinc in Pacificatorio nostro Decreto ne minima quidem ullius contradictionis, provocationis, vel protestationis mentio facta fuit: quin illud sine ulla exceptione, Ordinum nemo non ex veteri formula lætus lubens meritò comprobavit, bonaque fide subscripsit. [*Auctor Autonomiæ, part. 1. cap. 4. fol. 16. & part. 3. cap. 37. fol. 462. b. Paurmeister. d. lib. & cap. 2. num. 52.*] Quæ quidem nobis fidem faciunt, in Comitiis illis nullum ejusmodi scriptum vel libellum à Romanorum Rege & Proceribus unquam acceptatum, vel quidquam etiam ei delatum, sed rejectum potiùs fuisse & silentio damnatum. † Ex quo etiam haud malè quis collegerit, contradictorem pro tempore vel de fervore illo remisisse, vel præsentem nunquam passurum fuisse, ut nomen suum Decreto illi & capiti, quod est de pace Religionis, subjungeretur. Id enim in aliis Imperii conventibus ab aliis quoque Principibus & Ordinibus usurpatum meminimus. [Reichs-Abschied zu Speyer *de anno* 1529. zu Augspurg *anno* 1530. vnd zu Regenspurg 1532. §. vnd wir Chur-Fürsten. *ibi:* hernach benãnt. & §. deß zu Vrkund. *ibi:* so diesen Abschied angenommen. *Quibus addi potest Recessus Ratisbonensis conventus anni* 1613. §. vnd deß zu Vrkund. *junctâ Relatione* deß jenigen / so bey selbigem Reichs-Tag verhandlet worden / *in præfat. & pag. 27. cum seqq.*]

61. Nullum ullius protestationis vestigium in Constitutione pacis religiosæ.

62. Protestatio, si quæ interposita, remissa vel neglecta.

† Plura denique alia contra protestationem illam facilè afferri argumenta possent, ut quòd contraria facto vel actui, vel etiam remissa nihil operetur: [*maximè, quando & legi, quæ est juris publici, repugnat: Mart. Uranius tom. 3. Consil. 6. num. 3.*

63. Protestatio contraria facto & juri, nullius ponderis: atque utilitati pa-

eiq; publicæ nequicquam opponitur.

& 5. consil. 16. num. 10. consil. 17. num. 2. consil. 28. num. 3. & seqq. consil. 39. num. 15. & seq. nec non consil. 40. n. 6. cum seqq. Jacob. Thomingius consil. 9. numer. 64. consil. 18. num. 19. & seq. ac consil. 46. num. 75. Andreas Cnichius De jure territorii, cap. 5. num. 66. & 67. postr. edit. Gail. lib. 1. observ. 73. num. 7. & lib. 2. observat. 101. num. 2. ac seq. Mynsing. cent. 3. observ. 74. num. 10. & 11. vel etiam, cùm solius propriæ utilitatis caussâ, & privatæ ultionis studio ad interturbandam quietem publicam interposita est. Sleidan. Commentarior. libr. 24. & 26. & Thuanus historiar. lib. 10. 16. & 17. uterq; sub annis 1552. 1555. & seq.] quòd utilitati & paci publicę frustra & sine caussâ opponatur, utpote cuj⁹ favor tantus est, [est n. publicum & commune omnium bonum] ut ob eam recuperandam vel conservandam multa interdum in republica admittantur, vel etiam in privatorum damnum remittantur, quæ aliâs vix jure admitti remittivé posse videntur: [argumento cap. 1. in princ. de prohibitâ feudi alienat. per Lothar. lib. 2. Feudor. l. bono publico. 1. ibiq; Interpp. ff. de usurpationib. & usucap. cap. in nostra. 8. ubi Canonist. extr. de injur. & eorum, quæ à Doctoribus notata sunt in l. conventionum. 5. in fin. ff. de pact. & in l. final. Cod. si contra jus vel utilitatem publicam. & cæt. And. Gail. lib. 2. observat. 56. & 57. ut & lib. 2. de pace pub. cap. 19. numer. 25. Mynsinger. centur. 4. observat. 9. & centur. 5. observat. 97. numer. 4. ac seq. Wenerus in Iuris observationibus de Germanicorum verbor. signification. pag. 40. edit. post. Vultejus in Commentario ad Institut. I. §. interdum autem. n. 2. tit. de curat. & ad princ. de usufruct. num. 21. & ad tit. de usucapionib. num. 41. cum seq. & ad §. final. num. 12. & 13. de donationib. Bodinus lib. 1. de Repub. c. 8. pag. 161.

Waro-

Waremundus ab Erenberg sive Eberhardus à Weihe De fœderib. lib. 2. cap. 1. numer. 18. & 3. seqq. Hortlederus in Excerptar. ex Sleidano Quæstionum Decadib. numer. 24. Mart. Magerus De Advocatia armatâ, cap. 1. numer. 305. & c. 11. n. 389. ac seqq. nec non cap. 13. n. 290. quibus locis, exigente necessitate, & ob favorem publicæ utilitatis, pro bono pacis & concordiæ, (cujus in Constitutione Religionis pacificatoriâ unicè habuisse rationem legislatores, ejus & verba ostendunt & interpretes agnoscunt) ad declinandum majus malum, multa insolita contra communes juris regulas concedi ac fieri, multis docetur.] sed quia tempus effluxit, néve patientiâ vestrâ abuti velle videar, desino.

† Atque hæc quidem hactenus non specioso verborum ambitu, sed rudi & tenui orationis filo DE RELIGIOSÆ PACIS ORIGINE, NATURÂ, ET SOLIDITATE pertexere libuit, vestrâ, mei auditores, cum benevolentia: cujus sanctio ut robur suum & vires haberet, nullum Imperii Romani Magnates hactenus lapidem non moverunt: sed, qui antea semper optimis cogitationibus sese objecerunt pessimi eventus, & fidelissimis consultissimisque consiliis desperata ferè & infida impedimenta: eorum hîc quoque messem metere opòrtuit non exiguam. Reperti enim sunt, qui virulentis morsibus hanc salutarem Constitutionem impeterent, & lingua calamoque pessimè adroderent, ut, si ejus fundamentum & basin non possent, saltem aliquas ejus partes aut malitiosè conquassarent, aut perfidè traducerent. Sed Numini Divino immortales sint gratiæ, quòd hactenus hanc Imperii Germanici cymbam, tot fluctuan- 64. Epilogus, cum voto pro pace.

tem jactatamque turbinibus, & non una parte ad tot discordantium procellarum impetus hiscentem tam paternè gubernarit, & vela ejus spirantibus & spumantibus ventis ita obverterit, ut ad sacram hujus Constitutionis anchoram etiamnum svaviter conquiescat. Eundem illum cœlestem Palinurum, qui terræ & mari pro arbitrio imperat, ardentibus votis suppliciter veneror, ut aureæ pacis desideratissimos radios, quos diu bellorum nimbi caligine suâ prætexuerunt, tandem nobis iterum illucere faciat, nobisque inconcussum istius PACIFICATIONIS VINCULUM perpetuò conservet, ut velut STABILIS ET ÆTERNUM DURATURA ROMANI IMPERII FUNDAMENTALIS LEX in flore & vigore suo perennet. Sic fiet, ut AUGUSTANA CONFESSIO, cujus SÆCULAREM ANNUM non ita pridem † vidimus, nullis cuniculis subversa, nullis machinis interversa, nullis denique alienis erroribus interpolata, posteritati nostræ sincerè transcribatur.

† D. 25. Iun. hoc ipso 1630. anno.

FINIS.

TUBINGÆ,
Typis Philiberti Brunni,
ANNO 1633.